Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



inprauitate ꝑsistere & non nuntiauerit patri. & aliquod peccatū in eis fuerit deprehensum: ipse pro eis culpę subiacebit iuxta quod peccatū fuerit inuentum. Qui iniuste iudicauerit iniusticię ab aliis condempnabitur: Si unus efr̄ibus. aut duo. uel tres. scandalizati ab aliqua recesserint domo. & postea uenerint. uentilabitur inter eos & scandalizantē iudiciū: & si reus inuentus fuerit. monasterii regula emendabit. de his qui consentiunt

Qui consentit peccantibus & defendit illos: peccantibus. maledictus erit apud deum & homines: & corripiet correptione seuerissima. Quod si ꝑ ignorantiā deceptus est. & non ita putauit ut uerū est: ignoscetur ei. t omnis qui peccat in ignorantia: facile accipiet ueniam. Qui aut sciens peccauerit: sustinebit increpationē iuxta mensuram operis sui. Epla ad patrē Cornelium.

Ora deum et confortaberis: memento gemitus scōꝝ cet ꝯ: fiat domus tua iuxta annos tuos: sit disposita iuxta exempla sanctorū. Non in cibis temporalib; neq; in ulla similitudine eorum quę uidentur siue in celo siue in terra. Habetote. eb. ut possitis occurrere deo in die uisitationis. liberati ab increpatione marthe: Para domum tuam secundū terminos eius. Obserua. ꝯ: ne reus sis increpationis eius cui dictum est. redde rationē dispensationis tue: uel illi qui comedit & bibit cum eis. quia noluit fouere & cybariū dare conseruis suis in tempore suo. Ideo reddiderunt ei quia oblitus ē legis dei: & infirmos uisitare contempsit. Id circo fluctuare cepit. & indigere pane imitans homines confidentissimos & arrogantes qui noluerunt domū habere: O homo cognosce quę dicuntur: quia bellum dn̄i in manibus eorū est. & creditum ē eis ut regem se facerent si forte effugere possint increpationem danielis & ruinam esau. & duritiam moab. & defectionem ismahelis. & illecebras saturitatis ac uentris: quia sapuerunt ea quę sup terram sunt. Habundantia aut hominis: sapientia eius est. O homo trade discipline cor tuum: ne multiplices mortuos in contemptu. & neglegentia tua propt errorē cordis tui. O homo ne uisibilia respicias. Mercennarius non est pastor: In tenebris uulpes comedunt. Tene gladium glę tuę: cognoscat loricam iusticię: & ne contempnas habitaculum sapientię. Fac tibi sacculos qui non ueterascunt: ut possis ad foramen aspidū mittere manum. He inebrieris uino ex quo ruinę fiunt plurimę: & ambulant riuisti sup terram. Cogita quod lex data sit de muliere menstruata: ut extra castra proiciat

sup carnē suā
stare facerent